



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

31. Evsebivs Cap. XXVIII. De Artemonitis hæreticis corrumpentibus &  
contemnentibus scripturas diuinas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

30. IDEM CAP. XXIII. AD VI-  
ctorem Episcopum Romanum, cum  
disputaretur, quo tempore fe-  
stum paschæ celebra-  
dum esset.

**D**issonantia ieiunij, fidei consonantiam  
non rumpit.

*Hæc Polycarpus ait, celebrent quo tempore pascha,  
Cum sancti crebrò differuere patres.*

*Non diuersa fidem rumpunt ieiunia eandem,  
Non alius festi dissimilisue dies.*

*Colof. 2. Sic ait afflatus cœlesti numine Paulus,  
Ad loca qui cœli tertia raptus erat.*

*Nemo cibo, potu, veste, aut nos parte diei  
Iudicet: hæc abeunt, vt leuis umbra perit.*

*Est corpus Christi, pietas, dilectio vera,  
Quæ tantum ex pura mente fideq; venit.*

31. EVSEBIUS CAP. XXVIII. DE  
Artemonitis hæreticis corruppen-  
tibus & contemnentibus scri-  
pturas diuinas.

**I**gnorantes Christum, ideo eum non inue-  
nerunt, quia non rectè quæsiuerunt.

*Non ideo Christum cæci inuenere benignum,  
Quærendi vero quòd caruere modo.*

*Est*

*Est modus hic verus, sacrata volumina rectè  
Scrutari, Christum quæ patefacta docent.*      ”  
”

32. DE IIS DEM, PRAE STUDIO  
Geometriæ contemnenti-  
bus, doctrinam Euangelij.

**D**Erelinquentes sanctas Dei scripturas,  
Geometriam tractant, tanquam qui  
verè de terra sint, de terra loquuntur,  
& ideo eum qui de sursum est, & de cœlis ve-  
nit, ignorant.

*Lata Geometrica tractantes climata terra,  
Veriliquerunt dogmata vera Dei.  
Qui sunt terreni, tantùm terrena loquuntur,      ”  
Cœlica cœlestes gaudia sola petunt.      ”  
Non igitur norunt supera qui venit ab arce,  
Aeterni Gnatum, gaudia nostra, Dei.  
Non ars damnatur, damnatur at artis abusus,  
Hoc studio verum deseruisse Deum.  
Hanc olim Reges artem coluere ducesq̃,  
Plurima quæ toto monstrat in orbe bona.*

33. DILEMMA ADVERSUS  
eosdem, ibidem.

**Q**ui sacras depravant scripturas, aut  
non credunt diuino spiritu esse con-  
scriptas, & sunt infideles, aut semet-  
ipfos